V S V S.

1. Diſcendum operibus neminem ſalvari: Refutentur itaq; Papicolæ: Lex enim Spiritualis. Nihilominus autem illis ſtudendum. Rom: 7.

2. Noſtra juſtitia abundans eſt, Chriſtus & hoc facit ad conſolationem & exhortationem, ut in illum credamus. Johan: 1. 1. Joh: 2.

Chriſtus non damnat Phariſæorum opera: illa enim præcepit, ſed confidentiam in operibus. Luceat lux noſtra. Dicamus autem ſervi ſumus inutiles. Lucæ 18. Math: 5. Luc: 17.

3. Exemplo Chriſti Eccleſiæ paſtores falſa dogmata refutent. Tit: 1.

4. Patet etiam ex explicatione Chriſti, quam adhibet quinto præcepto, non omnia peccata eſſe æqualia.

5. Dehortari nos, deniq; ab omnibus ſpeciebus cædis patiamur.

DE SECUNDO.

I. Conſideretur occaſio, quam Chriſtus arripit ex explicatione quinti præcepti.

Quapropter ſcilicet cum ira, odium, rixæ, &c. ſint peccata mortalia.

V S V S.

1. Fideles Eccleſiæ paſtores, ex quolibet textu occaſionem peccata præſentia taxandi arripiant.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn332482561/223 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG